Illustr. Reverende, Ampliss. et Excell.me FELLERE
Fautor et Amice sincerè colende!

Occupatum nunc ex [illegible] Mensis, una exsolvendo Discipulis nostris, corrigendo et digerendo brevem me esse oportet. Adventui tandem tuo ut bona Flora adspiret [illegible]. In Carmine meo mallem Sondershusae positum quam Sondershusii. Pro Homiliis inseram 8 gr. quae satis pretiosae sunt. D. Alberto gratias summas ago pro libri sui donatio, in cujus tabulis jam diu [illegible], nostro [illegible] et promendo nomen inde meum expungatur. Alterum Exempl. offerendum dedi cum utriusque salute, et Homiliis meis Max. Rev. Dn. D. Löschero, qui [illegible] gratias agit, et [illegible] se collocuturum promisit. Sed pastores pagani [illegible] Ludimagistris id procul dubio inbiberunt. Oleario, cui etiam interim gratias, scribam proxime. Vix et hodie tantillum otii mihi superfuit. Et haec dum exaro, ad me Dresda veniens adsit M. Bernh. Schmidius, qui a me ad D. Löscherum vocatus accessit. Nummos pro Tinctura [illegible] jam tradideram; cum ad te ut literas darem, otii ex [illegible] superstitium opinatur. [illegible], nummos ab ipso reportare, et Epistolae ad te includere volui.
Bene vale, et cum tuis omnibus salve. Dab. Cygneae d. 18. Junii [illegible] A. 1679.

T. T.

Daumius